UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CCCVII. Konrad Calbe entsagt seinen Ansprüchen auf Besitzungen in Schinne gegen das Domstift, am 29. Janzar 1432.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54414

Visual Library

menti — vnum ex villa Schonenbeke a dicto Nicolao de biſmarke et Rudolpho, prefati henningi de biſmark filio, pro decem, alium uero chorum frumenti huiusmodi ex villa Dobberkow — a Cunone Caluen, Rulen et Nicolao, ejus filiis, opidanis in Stendal, pro XI marcis Stend. denariorum et warandie per donatorem ipſum rite comparatos. — Anno domini Milleſimo Quadringenteſimo triceſimo primo, — die vero quarta decima menſis decembris —.

CCCVII. Konrad Calve entſagt ſeinen Anſprüchen auf Beſitzungen in Schinne gegen das Domſtift, am 29. Januar 1432.

— Anno — Milleſimo Quadringenteſimo triceſimo ſecundo, Indictione decima, die Martis, Menſis Januarii die vero viceſima nona, — In villa Schynne halberſtadenſis dioceſis et ibidem in loco ſeu domo conventionis ac congregationis villanorum ejusdem ville pro colloquiis habendis communi, vulgariter in dem ſpolhuſe, eoram me Notario publico et teſtibus infraſcriptis ac heynone Schulteto ſeu prefecto ac omnibus quaſi villanis ſeu Incolis dicte ville Schynne et preſertim infra nominatis ad pulſum campane eorum ſolitum conuocatis et congregatis, videlicet Gerardi latecaten, Sabelli heket, petri valken, Johannis petri, Johannis cleynow, heynonis puleman, Coppen ſchulten et Arnoldi cruger, perſonaliter conſtitutus prouidus vir Conradus Calue, frater Johannis Caluen opidani in Stendal, halberſtad. dioceſis, — omnibus et ſingulis redditibus, pachtibus et cenſibus annuis, quos vnacum Johanne Caluen fratre ſuo predicto in prenominata villa Schynne ex ſucceſſione hereditaria ab Illuſtribus principibus Marchionibus Brand. cum eorum proprietate in feudum omni ceſſante impedimento obtinebat, accedente ad hoc conſenſu Illuſtris principis et domini Johannis Marchionis Brandenburgenſis moderni ut aſſeruit ſuisque patentibus litteris deſuper confectis et ſigillatis ſuper hec datis et conceſſis ratione emptionis et venditionis inter — Johannem caluen dicti Conradi fratrem pro ſe ac etiam ipſo Conrado fratre ſuo tunc in remotis agente et honorabilem virum dominum Hermannum Meynekens perpetuum vicarium in eccleſia ſancti Nicolai ſtendalienſis — contractus celebrati — coram ſchulteto et villanis ſupraſcriptis — ceſſit et penitus renunciauit —. In cujus vero adepte poſſeſſionis dictorum bonorum annuorum ſignum et teſtimonium prelibatus dominus hermannus meynekens ipſi heynoni Schulteto et omnibus aliis villanis ibidem preſentibus et etiam abſentibus et id ad recognoscendum poſtulantibus ſex ſolidos denariorum Stendalienſium pro media tunna cereuiſie comparanda more ſolito dedit et propinauit. Inſuper predictus Conradus calue eodem die Menſe et aliis quibus ſupra recognouit, ſigillum, dicto emptionis et venditionis contractui ſuo nomine appenſum, fore ſuum et eo ad premiſſa vti velle et gaudere omni impedimento ſemoto, preſentibus Johanne caluen et henningho Cruſemarcke laicis opidanis in Stendal — Et ego Albertus deſſow clericus halberſtadenſis dioceſis publicus Sacra Imperiali auctoritate Notarius etc.

CCCVIII. Ebel Hoddendorf zu Altenzaun verkauft dem Prieſter Hermann Meineken Hebungen aus den Dörfern Ungelingen und Schernekow, am 4. Mai 1432.

Ik Ebel hoddendorpe, wonaftich to Oldenthun, Bekenne — dat Ik — mit vulborde Gertruden, myner eeliken husfruwe, recht vnd redeliken vorkofft hebbe vnd vorkope to eygendom